



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

8. Clerici exemplo gentilium ab exactionibus & tributis exempti dicuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Bald. in l. 1. c. de episc. & cler. Duen. in reg. 8
100. ampl. 2. limit. penult. & alias, consuluit
idem Bursat. eod. conf. 25. num. 4. & in his
terminis procedunt. Conc. Tolet. Bald. ac
alii supra citati, Bart. in l. 1. nu. 3. vers. con-
trarium voluit. G. de anno. & tribut. lib. 10.
& Petr. de Ubal. in tract. de Societ. 8. part.
14. colum. & in 7. par. 9. colum. & quia pro-
pter gravamina, quæ colonis quandoque
imponuntur, plures ecclesiæ, & ecclesia-
sticæ personæ non inveniunt rusticos, qui
suas possessiones colere velint, ut animad-
vertit Fed. in d. conf. 171. nu. 10. in fin. meli-
us est in tempore occurrere, quàm grava-
minibus passis ab Episcopo remedium
querere, ut docet Fed. ibi eod. n. 10.

Pro trafico autem seu laborerio facien-
do super possessionibus ecclesiasticis, quæ
omnino sunt exemptæ ex supra deductis,
& infra dicendis, si persolvere tenerentur,
extorquerent laici per indirectum colle-
ctas ex bonis ecclesiasticis, quod est pro-
hibitum, & est casus comprehensus in Bul-
la Cœnz Domini, ut infra patebit. Et de
hujusmodi exemptione non est dabitand-
um, quia præter id quod probatur jure
divino, canonico, & cæsareo concessum,
Summus Pontifex, clericos, & eorum res,
à jurisdictione seculari sine Imperatoris
consensu eximere potuisset, & ¶ cum cle-
rici spirituales res sint, & ex toto corpus, &
animam in servitium, & sortem Christi
dederint, cap. dilectissimus, vers. communis
vita. 12. quest. 1. Innocent. in cap. 2. num. 1.
de major. & obed. Card. in repe. cap. perpen-
ditimus, opposit. 7. de sentent. excom. & Covar.
cap. 31. pract. quest. num. 3. in princip.

Pluribus enim rationabilibus de causis
clericis à secularium personarum exactio-
nibus, & tribus fuerunt exempti.

Primò exemplo Gentilium moti, quis
cum Joseph totam terram Ægypti Pha-
raoni subiecisset, terra sacerdotum retinuit
pristinam libertatem, quibus, & statuta ci-
baria ex horreis præbebantur; quapropter
non fuerunt compulsi vendere possessiones,
& ex eo tempore, usque in præsentem
diem, in universa terra Ægypti regibus
quinta pars solvitur, & factum est quasi
in legem, terra sacerdotali excepta, quæ li-
bera ab hac conditione fuit Genes. d. c. 47.
Et Artaxerxes: ego, inquit, Rex statui, atque
decevi omnibus custodibus arcæ publi-
cæ, qui sunt trans flumen, ut quodcunque
petierit à vobis Esdras sacerdos, scriba leg-
is Dei Cœli, absque mora detis usque ad
argenti talenta centum, & usque ad vini ba-
tos centum, & batos olei centum, sal verò
absque mensura: vobis quoque notum
facimus de universis sacerdotibus, & levi-
tis, & cantoribus, & ianitoribus, nathineis,
& ministris domus Dei hujus, ut vecti-
gal, & tributum, & annonas non habeatis
potestatem imponendi super eos, Esdra lib.
1. cap. 7. circ. med. & gloss. in cap. quanquam,
in verbo divino, de censibus, in 6. & plene O-
salc. in decis. 68. nu. 1. 2. & 3. quamvis con-
trarium ibi defendere conetur, licet per ip-
sum pro contraria opinione allegata non
subsistant, ut infra demonstrabitur.

Cum enim reges Gentiles sacerdoti-
bus, levitis, & alijs ministris domus Dei ser-
vari voluerint libertatem, & quòd illis in
necessitatibus ita liberaliter subveniretur,
non debuerunt postea ecclesiastici à Chri-
stianis laicis deterioris conditionis fieri,
quàm sub Pharaone, qui legis notitiam
non habebat, fuerant effecti, d. cap. non mi-
nus, de immunit. Eccles. & ibi Abb. n. 1.

9 Secundò ¶ clerici à subjectione tribu-